

213.

Disputatio VII.

D E A L I E N A T I O N E I N F R A V-
dem creditorum vel patroni facta.

Q V A M.

D. T. E. V. f.

P R A E S I D E,

C L A R I S S I M O
 C O N S V L T I S S I M O Q V E V I R O,
 D N. H E N R I C O B O C E R O , V. I. D.
*eximio, & in illustri Tubingensium Academia Professore
 celeberrimo, Domino Praeceptore suo nulla
 non obseruantia colendo,*

ORDINARII EXERCITII GRATIA,
 horâ locoque consuetis, protenuitate ingenij
 ad diem 25. Maij defendere co-
 nabitur

B A L T H A S A R A F R A N C K.
 enberg, Silesius.



T V B I N G A E,
 Apud Georgium Gruppenbachium,
 ANNO M. D. XCVIII.

A a

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327

328

329

330

331

332

333

334

335

336

337

338

339

340

341

342

343

344

345

346

347

348

349

350

351

352

353

354

355

356

357

358

359

360

361

362

363

364

365

366

367

368

369

370

371

372

373

374

375

376

377

378

379

380

381

382

383

384

385

386

387

388

389

390

391

392

393

394

395

396

397

398

399

400

401

402

403

404

405

406

407

408

409

410

411

412

413

414

415

416

417

418

419

420

421

422

423

424

425

426

427

428

429

430

431

432

433

434

435

436

437

438

439

440

441

442

443

444

445

446

447

448

449

450

451

452

453

454

455

456

457

458

459

460

461

462

463

464

465

466

467

468

469

470

471

472

473

474

475

476

477

478

479

480

481

482

483

484

485

486

487

488

489

490

491

492

493

494

495

496

497

498


499

500

Disputatio VII.

DE ALIENATIONE IN FRAUDEM
creditorum vel patronifacta.

THESSIS I.



LIENATIO (a) in fraudem creditorum fieri dicitur, qua debitor patrimonium suum attenuat, (b) hoc consilio, ne indeas alienum creditoribus integrè dependatur, quaque ipse par soluendo esse desinit. (c)

(a) Quaordinis ratione hæc materia hic proponatur, arguit thesis prima disputationis. (b) l. quod autem. 6. in princ. & 5. proinde. 2. ff. Quæ in fraud. credit. (c) ut ex hac alienatione obligatio & actio nascatur, duo coniunctim requiruntur, consilium debitoris fraudendorum creditorum, & euentus ipse, l. nil prætor. 10. §. 1. & l. si quis. 15. ff. quæ in fraud. cred. in quem titulum vide Zas. singulas ferè leges explicantem.

II.

Atque hæc alienatio delictum est, non modò ex parte alienatoris, (a) sed & ex parte eius, in quem facta est alienatio, si fraudis illius conscius fuerit. (b) Quòd si hic ignoret fraudem, ex parte ipsius ab initio quasi contractus esse videtur, (c) at extempore, quo monitus rem in fraudem creditorum alienatam esse à creditore, si tentet eam retinere aduersus creditores fraudatos, similiter delictum dici potest. (d)

(a) l. vlt. §. vlt. ff. d. t. (b) arg. l. quod autem. 6. S. hoc edictum, ibi. eum co-
erces, qui sciens, l. ls qui. 9. ibi: quia dolus ei duntaxat nocere debet, ff. Quæ in fraud.
cred. iuncta l. item exigit. 16. ff. de dolo. Facit huc, quòd hæc alienatio parit actionem
in personam, l. videamus. 38. in princ. iuncto §. In Fauiana. ff. de usuris. Quod item
actio, ex hac alienatione nata, datur in eum, qui accepit rem alienatam, etiam si ex
ea locupletior factus non sit, vt patet ex eo, quod eatus in eius successores concedi-
tur, quatenus ad eos quid peruenit de re alienata, l. Caßius 11. ff. b. t. Quodq; aduer-
sus ipsum accipientem regulariter intra annum datur, post annum de eo tantum
quod ad ipsum peruenit, l. ait Prætor. 10. §. pen. ff. eod. t. Denique hanc alienationem
esse delictum sentit Donell. lib. 15. Comment. cap. 41. & lib. 24. cap. 17. & ad §. item si
quis in fraudem, n. 4. 5. & 7. Instis. de Action. Et Iohann. Oldendorp. claf. 6. act. 1.

An 2

n. 3.

2 D I S P . D E A L I E N A T . I N F R A V D .

n.3. (c) Oldendorp. dicto loco. (d) arg. l. item si cuius 14. §. in hac petitione, vers. nec cuiquam ff. quod metus causa Donellus ad §. Item si quis, n. 9. Institut. de Action.

III.

Circa hancautem alienationem duplex inspectio incurrit: vna de ipsa alienatione: altera de actione, quæ ex ea alienatione nascitur.

IV.

In alienatione illa spectamus tūm debitorem, alienantem, & maximè circa eum, rem, quæ alienatur, modum alienandi, alienationis tempus, & euentum alienationis: tūm eum, in quem fit alienatio, scierit scilicet ille, an ignorauerit fraudem debitoris: tūm denique creditorum conditionem, quale scilicet eorum sit debitum purum in diem, vel conditionale: Et quando illud sit contractum.

V.

Debitor ille pubes fuerit, vel impubes, & huius tutor vel illius curator in fraudem creditorum alienauerit, nihil interest.

l. ait Prætor 18. §. si impubes, n. ff. Quæ in fraud. credit.

VI.

Res quæ alienatur à debitore, sit corporalis, putà, fundus aut pecunia, (a) vel incorporalis. Ususfructus veluti, aut seruitus, (b) actio, (c) vel Exceptio, (d) nihil item refert. Et si debitor in vetus creditum tradiderit creditori pignus, (e) aut debitori suo pignus remiserit; alienare hīc in fraudem creditorum dicitur. (f)

a) l. i. in fine, ibi, rem alienauit, & l. 3. ibi, siue numerauerit pecuniam, ff. Quæ in fraud. cred. (b) d. l. 3. §. i. in fin. & l. 4. d. l. ait prætor 10. §. per banc actionem 15. ff. d. t. (c) d. l. in fine, ibi, siue acceptatione, vel pacto aliquem liberauit, & l. seq. l. 3. §. i. ibi, verum etiam si forte data opera ad iudicium non adfuit, vel item moripatiatur, vel à debitore non petat, & l. hac in factum 14. d. l. ait prætor 10. §. propterea 22. ibi, siue res fuerunt, siue obligationes. ff. h. t. (d) l. ait prætor 10. §. si cum in diem 12. & l. omnes 17. §. vlt. ff. h. t. (e) l. ait prætor 10. §. si cui solutum, l. cum in uetus, 22. ff. d. t. Sed vide l. illud 13. ff. eod. (f) l. Et si pignus, 18. ff. h. t. Sed obstat, quod qui pignus remittit, nihil de suo largitur, nihil de suo diminuit, d. l. 18. ff. d. t. l. i. §. i. Quibus mod. pig. vel hypothec. sol. l. 3. in fin. ff. de legat. 3. l. quamvis in princ. ff. ad SCtum Velleian. l. etiam, l. iubemus. C. d. t.

VII.

Illud tamen hīc planè desideratur, vt debitor rem, quæ alienatur, in bonis suis iam habuerit. Quòd si conditioni stipulationis non paruerit,

CREDIT. VEL PATRONI.

3

paruerit, aut legatum, vel hereditatem sibi delatam repudiauerit, in fraudem creditorum alienasse non dicitur.

d.l. quod autem 6. in princ. & §§. seqq. ff. b. t. l. non fraudatur 134. ff. de R. I.
& l. alienationis 28. §. i. Qui occasione ff. de V. S.

VIII.

Vnde nec dicitur in fraudem creditorum alienare debitor, qui tacite & ipso facto hereditatem repudiat, ut qui suum filium fam. aut seruum proprium heredes institutos emancipat (a) aut manumittit, modo in ipsa manumissione servi nulla ftaus sit. (b)

a) d.l. 6. §. simili modo, ff. Qua in fraud. credit. (b) d.l. 6. §. si seruum suum, 5. ff. d.s.

IX.

Neque in fraudem creditorum alienare existimari debet, heres fiduciarius, qui quartam Trebellianicam fidei commissario remittit, eiq; totam hereditatem sine deductione restituit, (a) aut legatario omissa Falcidia integrum legatum praestat. (b)

a) l. patrem 19. & seq. ff. b. t. facit l. si sponsus, s. S. si quis rogatus ff. de donat. inter vir. & vxor. (b) l. i. C. ad l. Falcid.

X.

Nunquid autem debitor, qui vsuras futuri temporis suo debitori remittit in fraudem creditorum, eas alienare dicatur, quæri hoc loco potest? Nos affirmatum probamus responsum.

Quod enim in diem debetur, id statim debetur, l. cedere diem, vers. vbi in diem ff. de V. S. & §. omnis stipulatio, vers. in diem, Instit. de V. O. Sed vsuræ futuri temporis, putà, futuri mensis, aut anni futuri debentur in diem, arg. l. qui hoc anno 42. ff. de V. O. & §. pen. Instit. de inutil. stipul. iuncta l. Modestinus. 23. in princ. ff. de donat. Proindeq; hac vsuræ statim debentur. Quidquid autem debitori ab alio ita debetur, id ille alienare in fraudem creditorum non potest, d.l. i. S. vlt. & l. 2. ff. Quæ in fraud. credit. Quocirca nec vsuras futuri temporis. Sed quidam alij dissentunt per. d.l. Modestinus. 23. in princ. ff. de donat.

XI.

Modus alienandi continetur tūm consilio debitoris, in fraudem creditorum alienantis: tūm ipsius alienationis speciebus.

XII.

Consilium illud debitoris hīc omnīnō exigimus, vt sine quo creditoribus ius reuocandi alienata non tribuitur.

l. ait Prætor. 10. §. si cui mulier 14. l. si quis 15. & l. cum in vetus 22. ff. Qua in

Aa 3: fraudem.

4 D I S P . D E A L I E N A T . I N F R A V D .

fraudem cred. Iason. ad. d. §. item si quis n. 7. Instit. de Action. & Zaf. adl. ait Prator
io. §. praterea ff. Quæ in fraud. cred.

X III .

Hoc autem consilio dicitur esse, qui scit, se habere creditores, se
verò vt sunt bona non esse soluendo. (a) Et certum est huius consi-
lij indicium, si qui scit creditores se habere, vniuersa sua bona alie-
nat, (b) quiq; conuentus testato à creditoribus, ne venderet, quasi
soluendo non sit, nihilominus perseuerat. (c)

a) d.l. si quis cum 15. ff. b.t. & §. praealuisse, Instit. Quib. ex caus. manum.
non licet. (b) l. omnes 17. §. 1. ff. b.t. (c) l. ait prator. 10. §. si quis particeps 3. ff.
eod. plures fraudis coniecturas pete ab Ant. Fab. lib. 7. coniect. c. 20. pag. 59.

X IV .

Species alienationis huius variæ sunt, (a) velutivenditio, (b)
donatio, (c) solutio debiti, quæ fit post bona à Creditoribus
possessa, (d) liberatio ab obligatione, acceptilatione vel pacto
facta, (e) tūm etiam actionis amissio, quæ fit ex eo, quod ipse
debitor datâ operâ ad iudicium non adest, vel litem suam mori pati-
tur, vel à debitore suo non petit, vt tempore liberetur, (f) vt &
amissio vsusfructus vel seruitutis, quæ fit per tempus non vtendo, (g)
& denique si debitor rem suam pro derelicto habeat. (h)

a) l. 1. §. ait prator. 2. ff. Quæ in fraud. cred. l. ignoti iurijs. Codice de re-
uoc. his, quæ in fraud. cred. alienat sunt. (b) l. si debitor 7. & l. seq. l. Quod autem 6.
§. apud Labeonem 6. in fin. ff. d.t. (c) l. Quod autem 6. §. simili modo, 11. ff. eod. t.
d.l. ignoti 5. ibi, Et eum qui ex lucrativo titulo, C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred.
(d) l. quod autem 6. §. apud 6. & §. seq. l. ait Prator, 10. §. si debitorem. 16. ff.
b. tit. (e) l. 1. in fine & l. seq. & l. 3. in princ. ff. eodem tit. (f) d. l. 3. §. pen. ff.
d. tit. & facit l. 1. §. quid si in lite 7. ff. Si quid in fraud patr. (g) d. l. 3. §. pen.
in fin. & l. seq. ff. Quæ in fraud. cred. (h) l. sed et si 5. ff. d. t.

X V .

Neque refert donatio fauorabilis sit, & priuilegiata, vt est liber-
tatis, (a) & dotis datio, (b) vt nec quod Testamento aliena-
tio facta est. (c)

a) d.l. Quod autem 6. §. si seruum 5. in fin. l. si quis. 15. & ibi. Zaf. ff. eod. tit.
& l. in fraudem creditorum. 10. & lege in fraudem 27. in princ. ff. Qui & à qui-
bus manumisisti liberi non sunt. (b) l. 2. Codice de reuocand. his, quæ in fraud.
cred. l. ait prator. 10. §. si cum mulier. 14. & l. Hac in factum 14. vers. Ergo & si frau-
datur ff. Quæ in fraud. credit, (c) l. priuuo gradu 23. ff. d. tit.

Quod



CREDIT. VEL PATRONI.

XVI.

Quod si ex constitutione D. Marci debitor bona sua alicui addixerit, liberatum conseruandarum causa, dicendum erit, iustum hanc esse alienationem.

d.l. ait prator. 10. §. si ex constitutione ff. d.t.

XVII.

Tempus alienationis quod attinet, nihil interest, facta ea sit, ante quam debitoris bona à creditoribus fuerint possessa, an postea: (a) nisi alienatio facta sit solutione debiti: Tunc enim reuocationi alienatorum locus tantum est proportione, si post bona à creditoribus possessa, alienatio facta fuerit, non etiam, si antè. (b)

a) l.3. §. pen. vers. verum etiam, l.4. ff. Quæ in fraud. credit. iunct. l. 2. §. 1. de Curat. bonis dando, l. si quis cum 1. & l. omnes 17. §. 1. ff. Quæ in fraud. creditor. Donellus ad §. item si quis. §. 9. Institut. de Actionibus. (b) l. Quod autem, 6. §. apud Labeonem 6. §. & seq. l. ait Prator 10. §. si debitorem, 16. ff. Quæ in fraud. creditor.

XVIII.

Quod pertinet ad alienationis eventum, certè nisi ex ipsa alienatione debitor soluendo esse desierit, reuocationi alienatorum locus non erit.

d.l. ait prator. 10. §. 1. & d.l. Si quis eum. 15. ff. d.t.

XIX.

Sequitur de eo, in quem facta est alienatio, in hoc maximè exigitur, ut sciat alienationem in fraudem creditorum fieri, atque ita sit particeps fraudis.

l.1. in princ. l. Quod autem 6. §. Hoc edictum 8. l. ait prator 10. in princ. & 5. Quod ait 2. ff. eod. tit.

XX.

Particeps autem fraudis dicitur non ille, qui duntaxat eum, cum quo contraxit, credores habere sciuit, sed qui & eum non esse soluendo, & in fraudem creditorum alienare praedicto modo sciuit.

d.l. ait Prator 10. §. Quod ait Prator ff. h. tit.

XXI.

Interdum tamen scientiam fraudis in hoc non exigimus: ut si pupillus sit, (a) vel donationis titulo quid alienatum sit. (b)

a) d.l.

6 D I S P . D E A L I E N A T I O N E ,

a) d.l. Quod autem 6. §. Si quid cum pupillo. 10. ff. Quæ in fraud. credit. (b)
d.l. 6. §. simili modo ff. d.t.

X X I I .

Quod attinet creditores, in quorum fraudem sit alienatio, nihil
refert, debitum eorum sit purum, vel in diem, vel conditionale.

Per l. is cui 42. ff. de Obligation. & act. l. cum is 8. l. sic cum 16. §. pen. & l. in
fraudem 27. ff. Qui & à quibus manumisisti. Obstare videtur, quo ad conditionale
debitum, l. pen. §. vlt. ff. Quibus ex causis in posses. eatur. vide Cuiac. lib. 10. obseru.
cap. 32. & in lib. 2. quest. Paul. pag. 57. colum. 2. in fin. & in lib. 57. Pauli ad edictum
pag. 89.

X X I I I .

At non perinde est, quando contractum fuerit, ante scilicet
commisiam fraudem, vel postea. Si antè fuerit contractum, locus est
reuocationi alienatorum: Sin post, non æquè, (a) nisi pecunia po-
steriorum creditorum priores dimissi fureint (b)

a) l. ait Prætor 10. §. 1. vers. caterūm si illos, & l. si quis 15. ff. b. t. l. 1. Codic. de
iurefisci. lib. 10. facit quoquel l. Quicum 9. §. vlt. ff. de Transact. (b) d.l. ait præ-
tor, 10. §. 1. vbi Zaf. n. 4. & l. nisi priores 16. ff. Que in fraud. cred. confert l. 2. ff. de
cessione bonorum, & l. si ventri. 24. §. vlt. ff. de rebus author. iud. possid.

X X I V .

Succedit Actio, quæ ex alienatione in fraudem creditorum fa-
cta, nascitur, quæ est Pauliana actio. (a) Et sæpen numero in libris
nostris Iuris in factum actio appellatur: (b) cum qua concurrit et-
iam actio quædam in rem. (c)

a) l. videamus. 38. §. In Fauianaff. de usuris. (b) d.l. ait Prætor, in fine pr.
§. Quod ait, 2. & §. seq. §. sic cum in diem. 12. §. si debitorem 16. §. annus. 18. l. Hæc in
factum 14. ff. Quæ in fraudem credit. & l. ignoti 5. C. de reuocand. his, quæ in fraud.
credit. Sed interdictum fraudatorum ex hac alienatione competere videtur, per l.
pupilli 96. in princ. ff. de Solut. (c) §. item si quis in fraudem, Institut. de Action.

X X V .

Est autem Pauliana actio, in personam actio, (a) quareuocan-
tur ea, quæ debitor in fraudem creditorum alienauit. (b)

a) d.l. videamus 38. in princ. iuncto §. in Fauiana, ff. de usur. (b) tot. tit.
C. de Reuoc. his, quæ in fraud. credit. alienat. & tot. tit. ff. Quæ in fraud. credit.

X X VI .

Circa hanc Paulianam, siue in factum actionem, dispiciendum
tum

CREDIT. VEL PATRONI.

tum cui, & aduersus quem ea detur, tum ad quid & quamdiu, competat.

tot. tit. de reuocand. his, quae in fraud. credit. & tot. tit. ff. Quae in fraud. creditor.

XXVII.

Datur autem hæc actio curatori bonorum, si quis constitutus est; si nullus est curator bonis constitutus, datur creditoribus. (a) Cæterum datur curatori vel ipsis creditoribus fraudatis, hac conditione, si bona ipsius debitoris distraxerint. (b)

a) l. 1. in princ. ibi, Curatoribonorum, vel ei, cui de ea re actionem dare oportebit, ff. Quæ in fraud. credit. Cuius axiomatis segregatiui parte posteriori significantur ipsi met creditoribus, in quorum fraudem bona alienata sunt, per l. si pater 12. in fin. ff. d. t. & l. 1. & l. 2. l. 3. C. de reuocand. his, quæ in fraud. credit. De potestate Curatorum bonis distracti datorum vide l. 2. §. 1. & seqq. ff. de Curat. bonis dando. (b) d. l. ait prætor 10. §. 1. ibi, scilicet si hi creditoribus, quorum fraudendorum causa fecit, bona ipsius vendiderunt, & l. vlt. §. vlt. ff. Quæ in fraud. cred.

XXVIII.

Et licet unus sit ex creditoribus fraudatis, qui remansit, quando cæteris ex distractis debitoris bonis satisficeret, locus est huic actioni; (a) ut & si debitor unum sciuit creditorem fraudari, cæteros ignorauit. (b)

a) d. l. ait prætor 10. §. prætereascendum. 6. ff. b. t. (b) d. l. ait 10. §. illud certè 7. ff. eod.

XXIX.

Competit etiam hæc actio heredi, cæterisq; successoribus fraudati creditoris.

d. l. ait 10. §. vlt. ff. d. t.

XXX.

Cessat vero hæc actio, si non fraudatoris, sed heredis ipsius bona venierint.

d. l. ait prætor 10. §. si fraudator. 9. ff. b. t.

XXXI.

Quod si tamen fraudatoris heres post aditam hereditatem, per integrum restitutionem ea se rursus abdicauerit hereditate, utilis Pauliana actio Curatori vel creditoribus conceditur.

d. l. ait prætor 18. §. si quid in fraudem. 10. ff. eod. tit. Directæ actioni ideo hic erit post restitutionem in integrum locus non est, quia qui semel heres exitit, non pe-

B 6 test



test, quin & post restitutionem heres maneat, l. ait prætor 7. §. sed quod Papinius ff. de Minoribus, l. cum quasi 30. §. sed et si suus, ff. de fideicom. libert.

XXXII.

Cessat etiam hæc actio, si creditores alienationi consenserint,
(a) aut pro fraudatore alium reum vel dulcedine usurparum, vel
quam aliam rationem secuti admiserint (b)

a) l. Quod autem 6. S. præterea illud. 9. ff. Quæ in fraud credit. l. nemo vi-
detur 145. ff. de R. I. (b) l. ait prætor 10. §. si quid in fraudem 10. vers. si verò
passi sunt ff. Quæ in fraud cred.

XXXIII.

Datur autem hæc actio aduersus eum, in quem in fraudem cre-
ditorum quid alienatum est, si fraudis illius particeps fuerit. Quan-
doque tamen licet fraudem ignorauerit, hactenetur actione, si pupil-
lus sit, aut titulo donationis rem acceperit.

lege in princ. & l. ait prætor 10. in princ. l. Quod autem, 6. S. Si quid cum pu-
pillo, & §. seq. ff. d. t.

XXXIV.

Si procurator alicuius, ignorantे domino, cùm sciret, debito-
rem fraudandi creditoris consilium cepisse, quid acceperit ab eo, hac
actione ipse tenebitur, non dominus.

l. vlt. §. si procurator ff. Quæ in fraud cred.

XXXV.

Si quid gestum sit aut tutore pupilli, vel curatore adolescentis
aut furiosi, qui tutor aut curator fraudem non ignoret, sanè ipsi pu-
pillo, adolescenti & furioso hactenus tutoris & curatoris scientia no-
cet, quatenus quid ad eos peruenit.

d. l. ait prætor 10. S. ait prætor ff. Quæ in fraud creditor.

XXXVI.

Quod si filiæ fam. nomine dos data sit in fraudem creditorum,
tenebitur & maritus, & mulier, & pater mulieris, si omnes fraudem
suicerunt: sed maritus, vt dotem iam nunc restituat: mulier & pater,
vt caueant, si ad se dos peruererit, se restituturos.

l. vlt. §. item si extraneus ff. d. t.

XXXVII.

Datur quoque in fraudatorem ipsum hæc actio, si quedam ita
perdiderit, vt nulla ratione recuperari queant: quo casu non emolu-
mentum aliquod, sed pœnam continet hæc actio.

d. l

dicit. l. vltim. ff. b. t. Zasius ad l. ait prætor 10. §. annus ff. eodem.

XXXVIII.

Sed & in heredes accipientis , similesque personas datur hæc actio in id, quod ad eos peruenit.

dicit. l. ait prætor 10. §. vlt. & l. seq. ff. eodem tit. l. vnic. Codice. Ex delito defunct.

XXXIX.

Videndum modò ad quid competit hæc actio. Competit autem in id, quod amissum est, ut restituatur, (a) siue res sit, siue obligatio, (b) vel quod aliudius, putà , vsusfructus , vel seruitus. (c)

a) dicit. l. ait prætor. 10. §. per hanc actionem. 20. & l. Hac in factum, 14. ff. b. tit. (b) d. leg. ait 10. §. prætere a generaliter ff. hoc tit. (c) l. 3. §. penultim. infin. & lege sequente dicit. leg ait. 10. §. per hanc actionem 15. ff. Eodem.

XL.

Et quod ad rem attinet, quæ alienata est, hoc continetur , ut & possessio & dominium restituatur : (a) nec tenetur actor, premium rei emptori restituere , nisi forte nummi soluti extent , in bonis debitoris. (b)

a) dicit. l. Hac in factum 14. ff. hoc tit. (b) l. si debitor. 7. & l. sequente ff. eodem.

XLI.

Obligatio si amissa sit, restauranda & ea est , qualis antea fuerat, (a) ut si stipulatio accepto facta fuit ex integro , ea interponi debet, (b) quæ si conditionalis fuit, cum sua conditione : si in diem, cum sua die : si pura, pure restauranda erit: si temporaria , in id tempus duntaxat restaurari debet, quod tūm , cùm obligatio extinta est, obligationi supererat. (c)

a) l. omnes. 17. in princip. ff. Quæ in fraud. creditor. (b) dicit. l. ait. 10. §. si cum mulier. 14.. vers. exitus autem actionis, ff. d. tit (c) d. l. ait. 10. §. si conditionalis ff. eodem tit.

XLII.

Quod si Mæuius per fraudationem nactus sit actionem contra ipsummet debitorem , liberare eum tenetur : si aduersus alium , putà Titium (vt si fraudator tradiderit rem quandam Titio, ut eam Mæuio , qui ad hoc ipsum Titium interposuerit , reddebet) tum Mæuius mandati actionem , quam aduersus Titium habet, creditori cedere tenetur.

d.l.Hac in factum, 14. ff. Quæ in fraud. credit.

XLIII.

Quod attinet fructus , partus , cæterasque rei in fraudem alienatæ accessiones , cum Reus restituere teneatur rem , & verbum Restituendi , plenam habeat significationem , (a) certè hac quoque accessione in hanc veniunt actionem; (b) Vnde si alienationis tempore fructus cohæserunt terræ , vel post inchoatum iudicium percepti sunt fructus , (c) aut porrigi potuissent à fraudatore, (d) & hos restitui oportet , vt & partus animalium: Medio autem tempore percepti fructus , aut conceptus partus, in restitutionem non veniunt. (e)

a) l.videamus, 38. §. In Fauiana ff. de usuris, & l.restituere. 75. vbi Gædd. ff. de V.S. & dict. l. ait 10. §. præterea ff. Quæ in fraud. creditor. (b) l. ait prætor. 10. §. per hanc 19. cum duobus §§. sequentib. ff. dict. tit. & dict. l. videamus. 38. §. in Fauiana ff. de usuris. (c) l. vlt. §. non solum , ff. Quæ in fraud. creditor. (d) d.l. ait. 10. §. & fructus 20. ff. dict. tit. (e) d.l. vlt. §. non solum ff. eodem : vbi quod de medij temporis fructibus & partu dicitur , dubitationem recipit ex d. l. ait prætor 10. §. præterea generaliter 22. vers. propter quod etiam medij temporis, ff. d. s.

XLIV.

Mercedes autem locatorum à Reo prædiorum , itemque annui reditus, etiam medio tempore perceptæ, perceptiuē in hanc restitutionem venire, existimantur, non autem usuræ , nisi in stipulatum deductæ fuerunt, aut talis sit contractus, in quo usuræ deberi potuerunt, etiam non deductæ.

d.l. ait prætor. 10. §. præterea generaliter 22. vers. propter quod etiam , vbi Zafius eodem tit.

Non



XLV.

Non prius tamen cogendus est reus, rem cum suis accessionibus restituere, quā si impensas necessarias consequatur. Idemque erit probandum, & si quis alios sumptus ex voluntate fideiussorum creditorumque fecerit.

d.l. ait prator. 10. S. Et fructus. 20. ff. h. t.

XLVI.

Datur autem hæc actio intra annum duntaxat, quo experiundi potestas est, (a) ex die venditionis bonorum computandum. (b) Post annum etiam de eo, quod ad Reum peruenit, competit.

a) l. i. in princ. l. ait prator. 10. in princ. & 5. annus 18. ff. eod. tit. (b) d. l. ait prator. 10. S. penult. ff. d. tit.

XLVII.

Cum hac Pauliana in personam actione, concurrit quandoque actio in rem rescissoria, (a) quæ Pauliana non est. (b)

a) S. item si quis in fraudem, Instit. de action. (b) Donell. d. loco num. 2. vide quoque eundem Donell. ad S. rursus ex diuerso, n. 14. Institut. d. tit.

XLVIII.

Est autem hæc rescissoria actio, qua creditores rem, quam debitor, posteaquam eius bona iussu magistratus ab ipsis creditoribus possessa sunt, in fraudem ipsorum creditorum alienauit, ab eo, cui tradita fuit, repetunt, ac si verè tradita non sit, sed manserit in debitoris bonis.

d. S. Item si quis, vbi Donell. n. 2. & 9. Instit. de actionib. Differt itaque hæc actio à Pauliana actione, tum quia instans est; tum quia ei locus est tantum facta alienatione, posteaquam bona debitoris iussu magistratus possessa sunt, tum quia competit, etiam si possessor fraudis particeps non sit: tum denique tamdiu competit, quamdiu creditoribus satisfactum non fuerit. Donellus dicto loco numer. 11. 12. & 13.

XLIX.

Ratio autem, cur hæc in rem actio creditoribus competit, hæc

B b 3 est,

ste quod posteaquam ex missione in possessionem bonorum debitoris venerunt in ipsam possessionē creditores, reale quoddam ius, putā, ius aliquod pignoris in ipsis bonis debitoris acquisuerunt.

l. non est mirūm 26. in princ. & §. 1. ff. de pignor. act. l. eum qui, 35. & l. Antiochenium 37. ff. de reb. auth. iud. possid. l. 3. §. 1. ff. de rebus eorum quae sub tut. vel curat. sunt.

L.

Hæc tamen actio differt ab hypothecaria actione, (a) quæ & ipsa creditoribus de hoc pignore competit. (b)

a) Nam huic Rescissoriæ actioni locus tantum est, si restituta sit à debitor, & quidem tradita in fraudem creditorum, d. §. Item si quis, Instit. de Act. At hypothecaria competit, quocunq; modo ad alium possessorem res debitoris peruenierit, l. 2. Codic. de pretor. pignor.

L I.

Sequitur de alienatione, in fraudem patroni facta. Dicitur autem alienatio fieri in fraudem patroni, cùm libertus ita patrimonium suum diminuit, ut patrono legitima portio ipso liberto defuncto amplius reliqua non sit.

tot. tit. ff. si quid in fraud. patroni, & tot. tit. Cod. si in fraud. Patroni.

L II.

In hac alienatione spectantur simpliciter tum ipsa alienatio, tum actio, quareuocantur alienata.

L III.

Alienatio isthæc, aut inter viuos fit, aut vltima voluntate, veluti donatione mortis causa, vellegato. Illa hactenus pro legitima patroni portione reuocari potest, quatenus dolomalo facta fuerit: hæc verò licet non sit dolomalo facta.

l. 1. §. 1. & l. si patronus 3. §. si intestatus, ff. si quid in fraud. patroni.

L IV.

Nihil autem refert, fraudis conscius sit nec né, cui libertus bona sua alienauit.

d. l. 1. §. dolum accipere 4. ff. d. tit.

L V.

Est tamen nihilominus hæc alienatio delictum, si spectes obligatio-

gationem, & animum eius, qui rem sibi alienatam patrono restituere negat.

arg. l. tenetur 5. §. 1. ff. b. t. & l. item. 14. §. in hac actione, vers. vlt. ff. Quod met. causa. Et scribit Donell. lib. 15. Comment. cap. 4.

L VI.

Actio qua in fraudem patroni alienata reuocantur pro portione legitima, est vel Fauiana actio, vel actio Caluisiana; (a) vtraque in personam est. (b)

a) l. 1. §. si pluribus 11. §. si planè. 18. & §§. seqq. l. 3. §. 1. 2. 3. & 4. l. 5. l. 7. ff. si quid in fraud. patroni. (b) d. l. 1. §. Hac actio 26. ff. d. t.

L VII.

Fauiana actio datur patrono testato liberto : Caluisiana intestato liberto.

d. l. 3. §. si intestatus. ff. d. t. & l. 2. Codic. si in fraudem patroni, & vtr obique Cui ac in paratit. Idem Cui ac tract. ad Africanum. 1. in explicat. d. l. tenetur Fauiana 5. ff. b. t. Arnold. ab Haërsolte in aduersarijs de actionibus, act. 13. ad 6. part. pandect. Ceterum Oldendorp. class. 6. act. 3. scribit: Caluisianam actionem communem esse Paulianæ, & Fauianæ actionibus.

L VIII.

Competit autem vtraque illa actio ipsi patrono, & eius heredibus, aduersus eum, cui libertus rem suam alienauit, eiusque heredes, (a) ad reuocandum legitimam portionem, (b) quæ olim dimidia fuit, hodie tertia portio bonorum liberti, sine liberis, aut ijs exhereditatis defuncti. (c)

a) d. l. 1. §. Hac actio 26 ff. b. tit. (b) d. l. 1. §. si pluribus. 11. & 5. quamvis 27. ff. Si quid in fraud. patroni. (c) §. Sed nostra constitutio, Institut. de successione libert.

L IX.

Reuocantur alienata non in solidum, sed in partem tantum debitam, nisi quædam alienauerit libertus, quæ diuisionem non recipiant, veluti seruitutes.

d. l. 1. §. si pluribus, & 5. quamvis, ff. b. t.

L X.

In hac vtraq; actione veniunt etiam fructus, tam ante, quam post item contestatam percepti.

l. 1. in fin. & l. 2. ff. b. t.

Quod

L X I .

Quod si Reus non restituat rem, tum tanti condemnatur, quantum actor in litem iurauerit, (a) vnde sequitur arbitriam hanc actionem, (b) non stricti juris, (c)

(a) d.l.tenetur. §.1. ff. eod.t. (b) Donell.ad §. præterea quasdam, n.8. Inst. de action. (c) In actionibus enim strictis non iuratur in litem, l.5. in fin. l.6. & l. cum furti, ff. de in litem iurand. Oldendorp. tamen class. 6. act. 2. n. 10. scribit, stricti juris esse hanc actionem.

L X I I .

Et quia utraque haec actio rei persecutionem habet, quæ res quodammodo ad ius patroni pertinet, in perpetuum competit.

l. si patronus 3. h. 1. ff. b. tit. Donell. lib. 16. Comment. cap. 8. pag. 641.

F I N I S D I S P U T A T I O N I S S E P T I M Æ .

Ka 3071
(3/4)

ULB Halle
003 261 573

3



5b

Burffind. 3/1.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
White	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Magenta	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Red	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Yellow	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Green	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Cyan	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
Blue	19	18	17	16	15	14	13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1

Centimetres



87.

Disputatio VII.

DE ALIENATIONE IN FRAV-
dem creditorum vel patroni facta.

Q V A M.

D. T. E. U. F.

P R A E S I D E,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQUE VIRO,

DN. HENRICO BOCERO, V. I. D.

eximio, & in illustri Tubingensium Academia Professore

celeberrimo, Domino Praeceptore suo nulla

non obseruantia colendo,


ORDINARII EXERCITII GRATIA,

horâ locoque consuetis. protenuitate ingenij

ad diem 25. Maij defendere co-
nabitur

BALTHASAR A FRANC K.

enberg, Silesius.



TUBINGA,

Apud Georgium Gruppenbachium.

ANNO M. D. XC VIII.

A a